pulis in fide formata permanentibus efficaciter

bis et pro multis effundetur.

in satisfactionem:

in remissionem peccatorum.

☞ Post modū institutōis sacrameti sanguinis xpi. sequitur for/
ma ꝯsecratōis: que pmo ponit: scdo notat effect⁹ q ꝯsecratōem ꝯseq
tur. Forma indubitata hec est. Hic est calix sanguinis mei. Effe/
ctus notantur tres. Primus qꝛ testatur nobis hereditatē. Secun/
dus qꝛ declarat in misterio fidem. Tertius qꝛ prestat pctōꝝ remissi
onem. Primū tangit ibi. noui ꝛ eterni testamenti: qꝛ ritu ꝛ effectu
nouum est. Eterni: qꝛ nō recipit alterius testamēti succedētis su
per ordinatōem. Non enī ſm ritum ve. te. in olocaustis thaurorum
arietū ꝛ agnoꝝ pinguiū: sed ſm ordinē melchisedech q panē ꝛ vinū
obtulit institutū est. Nouo tn̄ effectu veri sacrificij: per sacrificia illa
pora significati: ꝛ oīa illa vetera euacuantis: eisqꝫ finē imponentis:
ꝛ donec seculū finiet pmanētis. Vn̄ aposto. Hebre. x. Una oblati/
one ꝯsūmauit in eternū sanctificatos. Testamenti: qꝛ morte xpi
ꝯfirmati. Misteriū fidei qꝛ secretū fuit qualiter morte vitā eternā:
ꝛ effusiōe sanguis pficeret sctitatē. Qui ꝓ vob: discipulis meis: epis
ꝛ sacerdotib⁊ q ꝛ ipi indigent tanqꝫ circūdati infirmitate: ꝛ ꝓ multis

sed predestinatis efficacit̃ pro omnibus autem sufficienter (effundetur) in remissiões peccatorum: tanquam nostre redemptiõis preciũ. Dilexit enim nos et lavit a peccatis nostris in sanguine suo. Apoca. i. et ad Heb. v. Omnis pontifex ex hominibus assumptus: pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum vt offerat dona et sacrificia pro peccatis qui condolere possit his qui ignorant et errant: quoniam et ipse circũdatus est infirmitate: et sequitur ad propositum: Propterea debet quemadmodũ pro populo ita et pro se ipso offerre pro peccatis. ☞ Redeũdo ad expositionem verborum dicendum quod pronomen (hic) demonstrat sanguinem christi: in quem convertendum est vinum: qui in fine verborum sub speciebus vini manet. vnde (hic) valet tantum. i. id quod manet sub speciebus vini facta consecratione (est calix. &c.) vnde (hic) demonstrat simul ad intellectũ et sensum non idem: sed diversa. Ad intellectũ sanguinem christi. ad sensum species vini (Est) quod sequitur: importat tempus presens coexistens prolationi verborum perfecte: includens ipsam prolationem. Non autem est perfecta nisi in primo instanti non esse verborum et in eodem ibi est sanguis christi. ☞ Calix hic capitur transsumptive: continens pro contento. i. pro potu in calice contento: Unde valet tantum. Hic est calix. i. potus in calice. Et per hoc quod sequitur: sanguis mei specificatur potus: vt stet pro potu non quolibet: sed illo qui est sanguis christi naturalis et verus. Unde illa constructio: calix sanguinis mei: accipienda est intransitive: vt sit sensus: hic est calix. i. potus qui est sanguis meus: sicut in simili dicitur creatura salis id est creatura que est sal. ☞ Sed quid si sacerdos illa verba proferret in propria significatione ex ignorantia. Utrum tunc consecraret: et videtur quod non quia deficit debita intentio: que semper conformis esse debet sensui verborum: secundum quem instituta sunt: vt sunt signa efficacia sacramentalis effectus. Respondetur quod sacerdos non intelligens verum verborum sensum: et proferens in sensu proprio non metaphorico: non tamen per hoc inducere volens heresim: sed ex ignorantia vel debite intentionis negligentia: vere consecrat: licet a peccato minime excusetur. Quippe minister qui intendit consecrare debet diligentius quam potest se recolligere: et ad se redire: ac cum magna attentione verba substantialia tanti sacramenti proferre. Etiam debet intelligere que necessaria sunt vt officium rite et digne perficiat. Tamen si verba non intelligit: aut sensum in quo sunt consecrativa non attendit sed in sensu proprio profert. Dum tamen verba integra profert intentione consecrandi. vere consecrat: etiam si verba penitus non intelligeret. Nec intentio necessaria ad consecrandũ est intentio conformis sensui verborum: sed est intentio qua intendit per hec verba cõsecrare: et hoc potest intendere licet verba non intelligat: vel actu ad eorum sensum ex distractione non attendat. Nam secundum multos verba illa accipiuntur materialiter vt dictum est: et tunc vt sic non haberent aliquem sensum: verum vel falsum: sed tantum seipsa verba representarent. ☞ Sequitur (novi et eterni testamenti: quia mors christi que in hoc sacrificio renovatur: et per sanguinem calicis aptissime fiat: fuit confirmatio legis christi Lec. 53.

ac grē. per quā nobis noua ꝓmissa eternoꝝ bonoꝝ xp̄s dedit; ⁊ per qua legē moysi tpalia ꝓmittentē terminauit: eamqꝫ vltimā ⁊ in fine duraturā ↄstituit. Misterium fidei; qꝛ mortis xp̄i in sanguinis ef/ fusiōe cōsumate rep̄sentatiu⁹: q̄ mors fuit sacratissimū secretū sub fi guris ve. te. latens precognitū a patrib⁹. tanqꝫ misterium generalis redemptionis totius humani generis ☙ Qui ꝓ vob ⁊ mult⁹ ⁊c. exponaꝛ vt supra. Sed hic dubitaꝛ quō hec oīo prolata; est vera

Lec. 53. non ꝓpter pronomen hic ⁊ verbū est. De his em̄ dr̄ sicut supra in cō/ secratione panis: sed ꝓpter verbū (effundeꝛ) quod est futuri tp̄is. ⁊ certum est q̄ in futuro nō effundeꝛ: qꝛ mors vltra xp̄o nō dn̄abitur. Ad qd̄ dicendū q̄ si verba accipiuntur materialiter: dubiū non ha/

Roma. 6. bet locum: cum vt sic nec vera sunt nec falsa: cum se ip̄a tm̄ verba sig nificent. Si vero significatiue accipiuntur. Dicendū q̄ verbū effū/ detur; referendū est ad tp̄s qd̄ in hora institutōis fuit futuꝝ: ⁊ non ad illud qd̄ nunc post horam ↄsecratōnis est futuꝝ: ita q̄ tm̄ valeat (effundeꝛ). i. effundendū erat: nunc aūt effusum est: ⁊ sic est oīo ve/ ra. Et ille sensus satis colligitur ex circūstantib⁹ constructibilibus. quib⁹ satis significabaꝛ q̄ verba hec ꝓferuntur a sacerdote: tanqꝫ ꝓ/ lata a xp̄o. ⁊ ideo ad idem tempus referenda sunt ad que christus ꝓ/ ferens retulit. Secus tamen de verbo (est) illud importat tēpus includens tempus ꝓlatōis: qꝛ non ꝓfertur solū vt a christo ꝓlatum sed ꝓfertur in persona christi: vt ab ipso institutum: tanqꝫ pertinens ad formā ↄsecrationis ⁊ ideo importat tempus ↄsecratōis. Qd̄ ve/ ro sequitur qui effundetur ⁊c. solum ꝓferuntur vt dicta a christo: ⁊ ideo effundeꝛ importat tempus qd̄ tunc erat futuꝝ. Sed queri/ pōt que verba precise integrant formā consecratōis sanguinis: in q̄/ bus precise consistit forma. Respondeꝛ q̄ verba precedentia (Hic est calix) silr̄ ⁊ sequentia (peccatoꝝ) nō sunt de essentia forme. Nā precedentia pertinent ad vsum sacramenti eucaristie: ⁊ sequentia ad collatōem potestatis ↄsecrandi. Silr̄ ⁊ illa verba: qui effundetur ꝓ vobis ⁊c. non sunt de substantia consecratōis: qꝛ ↄstituunt aliā ca tegoricā ꝓpositōez. Nā (q̄) ibi nō teneꝛ restrictiue sꝫ relatiē: alioqn oratio esset falsa. Quia tunc effunderetur. importaret futuꝝ tēpus re spectu tp̄is importati per copulā principalē: scꝫ est: sicut cū dico Jo hannes est venturus: venturus īportat tempus futuꝝ respectu tē/ poris importati per copulā (est) ⁊ ita effundetur nō erit ps oīonis q̄ significaꝛ p̄sentia sanguīs xp̄i. Itē vt dictū est ista ꝓferunꝛ vt pro/ lata a christo. Priora ꝟo in persona christi: ⁊ sic non pertinent ad cō secrationem: qꝛ fm Ambro. in verbis christi id est prolatis in perso/ na christi fit consecratio. Sed de illis verbis: noui ⁊ eterni testa/ menti: an hec sint de essentia forme: satis dubiū est. Nā sctūs Tho.

dicit: q sic: p eo q sunt partes illius orõnis (Hic est calix sanguĩs mei.) Nam sunt determinatões huius qd dr: sanguinis mei: Alexander. Albertus. sctũs Bonauentura dicunt: q nõ sunt de essentia ɔsecratõis: qr solũ illa verba qbꝫ fit transsubstãtiatio: sunt de forma. Hec aũt sunt q presto fcant sanguinẽ xpi non esse ex cõuersione vini in ipm. Hoc aũt fcatur p hec qn qz verba. hic est calix sanguis mei. Unde illa qnqz sunt tota perfecta: z sufficiens forma. Que autem sequũtur sunt declaratiua quarundã ɔditionũ quibꝫ excellentia hui⁹ sacramenti manifestat: z effectus sanguinis in hoc sacramento contenti: z in cruce effusi. z nihil fcant ad transsubstantiatõem pertinẽs Sola ergo predicta verba perficiunt formã ɔsecratõis vini. Sicut sola hec quattuor: hoc est corpus meum: perficiunt formã ɔsecrationis panis. Scotus vertit in dubiũ: an sint de integritate vel non. Et ideo periculosum foret ea dimittere. Tñ scda opinio videt pbabilior: nec pbat intentũ pma opinio: p hoc q illa vba noui z etni zc. pertinent ad illã orõem: hic est calix zc. tanqz partes eius: qr illo nõ obstante illa qnqz verba: hic est calix sanguis mei: sunt sine illis pfecta orõ: sufficienter z plene fcantia ɔuersionẽ vini in sanguinẽ xpi.

☞ Sed querit. Utrũ ille due forme cõsecratiõis panis z vini se expectent quantũ ad eoꝝ effectum. Uel vtꝝ qlibet sine alia effectũ pprium sortiat: ita q statim platis verbis ɔsecratõis panis: fiat conuersio eius in corpus xpi: priusqz pferantur verba ɔsecratõis calicis Fuerunt hic quidã antiq doctores tenẽtes q simul fit ɔuersio panis in corpus z vini in sanguinẽ: z vna non sine alia: z hec fit platis verbis ɔsecratõis calicis. Et hoc dixerunt ne cogerent dicere q ibi esset corpus sine sanguine: si ad platõnem pme forme fieret ɔuersio panis in corpus: nondũ vino in sanguinẽ ɔuerso Item ad saluandũ vnitatẽ sacramenti eucaristie: nõ em̃ videbant quõ esset vnũ sacramẽtum: si fieret bina ɔuersio. ☞ Sed respondendũ est sine dubitatione: q hee due forme mutuo se nõ expectant: sed qlibet plata rite. statim in pmo instanti non esse platõis: habet effectũ suum: ita q in primo nõ esse verboꝝ: hoc est corp⁹ meũ. fit ibi ɔuersio panis in corpus xpi: nõ expectata alia forma ɔsecratõis sanguĩs: etiã si nulla verba sequerentur: vtputa si sacerdos deficeret anteqz verba ɔsecrationis calicis pferret. Alioquin xps dicens apostolis: Accipite z mãducate zc. hoc est corpus meum. falsum dixisset: cum nondum fuisset ibi corpus suũ. Similiter patet hoc ex ritu ecclesie: que statim post primam formã: ostendit sacramentũ populo adorandum: in quo si sub illis speciebꝫ non esset xpũs: faceret pplm idolatrare. Similiter si omissa ɔsecratione panis: scda forma super calicẽ pferret a sacerdote intentione ɔsecrandi: fieret ɔuersio vini in sanguinẽ: eadem rõne.

qua prius per solam primã formã panis conuersus est in corp⁹ xp̃i.
Nam in qualibet ꝓlatõe facta a sacerdote sup̱ debita materia inten/
tione ꝯsecrãdi: sunt oĩa que requirunt̃ ad veritatẽ sacramẽti. Nibil
enĩ aliud requirit̃ nisi minister ydoneus q̃ est sacerdos: materia de/
bita ꝛ forma: ac intentio ꝯsecrãdi: ergo q̃cũqꝫ duaꝝ formaꝝ prolata
sup̱ sua materia est vere sacramentũ. Nec sequit̃ qð illi inferunt scꝫ
ꝙ ibi esset corpus sine sanguine: aut sanguis sep̱atus a corp̱e: qm̃ vt
dictũ est idem precise est sub vtrisqꝫ speciebus: licet nõ omnino eodẽ
modo ꝛ ordine; qm̃ ad ꝓlatõem prime forme super panẽ est ibi solũ
corpus xp̃i ex vi conuersionis: ꝛ quia corpus est tale quale est extra
sacramentum in naturali sua ꝯsistentia in qua habet sanguinẽ ani/
mam deitatẽ vnitã: ideo ꝛ corpus in sacramento ꝯcomitat̃: sanguis
anima: deitas: vt ipostatice vnita. Sic ꝓlata secunda forma sup̱ cali/
cem: ibi vinum ꝯuertit̃ in sanguinẽ non quidẽ sep̱atum: sꝫ talẽ qua/
lis est extra sacramentũ. Hoc est in sanguinẽ in venis corp̱is xp̃i in/
clusum: ꝛ per ꝯsequens sunt ibi vene corp̱is nõ mortui sed viui. Ui/
uit aũt per animam: ꝛ ita comitatur ꝛ anima. Hec aũt anima ꝛ cor/
pus non sunt sep̱ata a deitate. est ergo ibi deitas non tantũ generali
modo quõ est vbiqꝫ: sed modo spẽali vt personaliter corp̱i et anime
vnita. Et hoc lati⁹ ꝓsequitur Lec. 53. ☞ Ex illo patet ꝙ si ali/
quid de corpore xp̃i aut sanguine relictum fuisset in terra: nec totũ
reassumptum in resurrectione: sicut quidam opinãtur de preputio
ꝛ de guttulis sanguinis quibus tincta erat colũna: in illud qð nunc
est extra corpus xp̃i in celo non ꝯuerteret̃ neqꝫ panis: neqꝫ vinum:
nec etiam ibi esset per ꝯcomitantiam: quia per ꝯcomitantiã nõ sunt
ibi nisi ea que sunt in corp̱e xp̃i in celo. Sed adhuc d. quõ est ibi
deitas vt ipostatice vnita ad ꝯsecrationem calicis: cum tamen dei/
tas nunq̃ꝫ fuerit sic vnita sanguini: eo ꝙ sanguis non viuit: nec est
pars corporis: neqꝫ anima inheret sanguini: licet sanguis requirat̃
tanq̃ꝫ quedam dispositio necessaria ac p̄uia: vt anima inhereat cor/
pori: sicut et aliȷ̃ humores: puta colera. flegma. melancolia.
☞ Dicitur breuiter ꝙ siue sanguis sit animatus siue non: deitas
est ibi per ꝯcomitantiam non vt vnita sanguini: sed vt vnita corpo/
ri ꝛ anime que sunt ibi per ꝯcomitantiam ꝓpinquam: deitas vero p̱
concomitantiam remotam: quia mediante corpore ꝛ anima quib⁹
vnitur: que ibi sunt non per conuersionem: sed per concomitantiam
vt dictum est. Sed de secundo motiuo scꝫ quomodo saluet̃ vni/
tas sacramenti: si ibi est bina consecratio. Respondetur ꝙ sacramẽ/
tum corporis et sanguinis non sunt q̃d vnum simpliciter: neqꝫ vni/
tate indiuisibilitatis: quia sunt a se inuicem separabilia: vt manife/
stum est. etiam non sunt aliquid vnũ numero; quia sunt multa acci/

dentia siue species: quarum alique inheserunt pani ⁊ alie vino: que inter se ⁊ abinuicem distinguuntur numero: immo quedam specie. Nec sunt vnum compositione: quia nihil vnū ex illis speciebus cō/ponitur. Necꝫ loco: quia non sunt simul sed sepata. Sunt etiam di/uersa signa: ⁊ diuersa per se ⁊ primo signata ⁊ contenta. Unde glo/sa in c. Comperim⁹: de ꝯsecra. distin. 2. dicit. Reuera em̄ ibi sunt plu/ra sacramenta. Nam accidentia panis sunt tm̄ sacramentum cor/poris xp̄i: ⁊ accidentia vini sunt tm̄ sacramentum sanguinis. Dicun/tur tamen vnum sacramentum vnitate integritatis: ⁊ ordinis. In/tegritatis quia integratur ex pluribus speciebus idem continētib⁹ quia sub vtrisqꝫ speciebus panis ⁊ vini ꝯtinetur totus xp̄s: nō qui/dem per se ⁊ primo: siue ex vi ꝯuersionis: sed partim ex vi ꝯuersiōis ⁊ partim ex ꝯcomitantia reali: vt supra declaratum est. Ordinis ad finem: quia ordinantur ad eundem finem spūalem significandū et efficiendum: scȝ perfectam refectionem anime: eiusqꝫ incorpatōnem corpori xp̄i mistico. Perfecta em̄ refectio anime significat per perfe/ctam refectionem corporalem: que non tantū cibo nec tantum potu sed ex vtrisqꝫ coniunctis perficitur. Et fm̄ hoc dicit Glosa allegata. Siue quis species panis siue vini sumat: vtrūqꝫ sumit: corpus scȝ ⁊ sanguinem. Et dicuntur hec duo sacramenta: et vnū: vnū ꝓpter vnum contentum. Et dicuntur diuersa propter diuersa accidentia ⁊ diuersa primo significata. Et propter hoc etiā sacerdos celebrās vnum sine alio conficere non debet. si graue sacrilegium vitare ma/luerit vt dicitur in eodem capitulo. Comperimus.

que feci con/secrando. pa/nem ⁊ vinū in corpus et sanguinē meum

Hec quotienscunqꝫ feceri

vos mei di/scipuli: ⁊ ve/stri in offi/cio legitti/mi succes/sores pre/spyteri.

sacrificij in cruce offerendi

represen/tationem

consecran/do et su/mendo.

tis. in mei memoriā facietis

Expositio

Radita forma ꝯsecrationis: additur efficacia significatõis
t ꝯsecrati sanguinis. Et hec clausula respicit vtrãq ꝯsecrati
onem tam panis q̃ calicis: vt sit sensus (quotienscũq hec)
que feci. i. ꝯsecratõem panis ⁊ calicis feceritis: facite in memoriam
meam. i. mei sacrificij quod facturus sum in cruce: in qua mortem
suscipiam in corpore: ⁊ sanguinem fundam in precium redemptõis
humane. Hec em̃ vna causa est institutõis huius sacramenti: vt in
ecclesia militãte esset perpetuũ memoriale passionis dñice Vñ vnũ
sacrificiũ est qd offerim⁹ nos: ⁊ qd obtulit xp̃s: ipe scz xp̃s vtrobiq.
q̃uis non eodem mõ oblatus. Obtulit em̃ seip̃m in mortem ⁊c.
Offertur idem xp̃s a nobis non in mortem: sed in mortis memo
riam. Unde nostra oblatio non est reiteratio sue oblatõis in penam
sed representatio ad ꝓuocandũ dei misc̃diam. Et ideo ad distinctam
dñice passionis representatõem: in qua sanguis a corpe fuerat sepa-
tus: ꝯsecrat̃ sanguis sepatim in calice: ⁊ corpus in panis specie. Si-
militer ⁊ in sumendo: passionis memoriã agimus: ꝭm illud aposto
li. Quotienscũq em̃ manducabitis panẽ hunc ⁊ calicẽ bibetis: mor
tem dñi annũciabitis donec veniat. Hec aũt ṽba ꝓlata sunt a xp̃o
dumtaxat ad apostolos: ⁊ in ip̃is ad eorum legitimos successores:
⁊ hec dicens (facite) id est conficite: eos in sacerdotes ordinasse cre
ditur: eisq potestatem ꝯsecrandi contulisse. vt dicit Hieronimus
de illustribus viris.

Sequitur textus.

v qr precepisti nobis hoc facere in tui mẽoriã | intellectu fide ⁊ caritat⁹ deside rio ⁊ feruore | sancte et clemen tissime pr̃

Unde et memores domi-

Lec. 45 sacerdotes qui ad hoc ordis nostri ministerium accepimus. | tota cõmunitas christiana fide et sacramentis purificata et sanctis legibus imbuta.

ne nos serui tui sed et plebs

cuius corpus ⁊ sanguinem confecim⁹. Aliqui libri romani nõ habent eiusdem

tua sancta eiusdem christi

naturalis et ꝯsubstãtialis | vl̃is oĩm p creatione ⁊ gubernatõem | specialiter per redẽptionem.

filii tui domini dei nostri

excellenter beatificantis tanq̃ causa meritoria nostre felicitat⁹ et salutis — etiam

tam beate passionis. necnon

ad quos descendit in triduo mortis: educens patres: in tene/bris ⁊ vmbra mortis sedentes ⁊ in nobis spem resurrectiõis confirmans.

et ab inferis resurrectionis

virtute ꝓpria. tã diuina q̃ hũana — Anima ⁊ corpore gloriosa

sed et in celos gloriose ascen/

tibi pr̄i cui soli debetur sacrificium — om̄ipotentie tue pre alijs clare

sionis offerimus preclare

stabili et eterne — spiritualibus ⁊ tempalibus no/

maiestati tue. de tuis donis

bis a te collatis — sc3 eucaristiam — q̃ntũ ad deitatẽ: que est lux purissima et inaccessibil⁹ nos illuminans

ac datis Hostiam pu✠ram

eucaristia — q̃ntũ ad aĩam oĩ grãx plenitudine refertã: nos sanctificantẽ: q2 de plenitudine eius oẽs accepim⁹ grãm ꝓ grã — eucaristiam

Hostiam san✠ctam Hostiã

q̃ntũ ad corp⁹ sine macula originalis peti ꝯceptũ: ꝓ nr̄a purgatõe ꝑcussũ vulneratũ in cruce tensum ⁊ liuidũ — verum de celo descendentẽ vitam eternã sumentibus; tribuẽtem

✠ imaculatã Panẽ sanctum

felicitatis — in quo est sanguis xp̄i inebrians sobria iocunditate ⁊ leticia sempiterna

✠ vite eterne. et calicem ✠

Expositio

semper mansure.

salutis perpetue.

Lec. 54. Et est quinta ps pncipalis canonis. In q̄ post ꝯsecratōem
b panis ꝛ vini: ꝛ coꝝ ꝯuersionē in subam corpis xpi ꝛ sangui/
nis eius factā p verba formalia ꝛ subalia. fit oblatio ac salu
tis petitio veri sacrificij in crucis ara pfecti rememoratiua. Et di/
uiditur in tres ptes. In prima fit oblatio rememoratiua ꝯsecratoꝝ
In scda petit acceptatio oblatoꝝ ibi. (Supra que ꝓpitio) In ter/
tia postulat diuine grē ꝛ bn̄dictōis largitio cordib9 participantium
pplˀoꝝ ibi (Supplices te rogamus) ☞ Circa primū dt (vn̄
ꝛ memores ꝛc̄.) ꝛ qꝛ text9 satis clarus est: sufficiat expositio ꝛ Glo/
sa interliniaris additis paucis: rōnes gestuū declarantib9. Unde sa/
cerdos hec dicens: extendit manus suas ꝛ brachia p modū crucis:
vt sic xpi passionē quā verbis rememorat: etiā corpis gestu signifi/
cet: vt sic circūstans ppls q̄ verba sacerdotis vel nō audit vel non in/
telligit: ad dn̄ice passiōis memoriā figura sui corpis excitet. Ad qḋ
etiā seruiūt cruces qn̄qꝫ q̄s facit sup spēs sacr̄i: tres ꝯiunctim super
vtrasqꝫ calicis ꝛ panis: ꝛ duas distincte super panis spēs ꝛ calic9 ꝓp
corrn̄dentiā ad verba: quoꝝ quedā spēalr panis sacr̄m: quedā calicꝫ
representant: quedā ꝯiunctim seu eque vtrūqꝫ. vt satis ptꝫ verba ad
uertenti. Et sicut supra dictū est q cruces an̄ ꝯsecratōem facte signi
ficāt ea q̄ precesserūt crucifixionē xpi. Ille vero q̄ sequūtur ꝯsecratio
nem: significant ea q̄ xps in cruce ꝛ post crucē passus est ꝛ egit. Un̄
his qn̄qꝫ crucib9 significant qn̄qꝫ vulnera: manuū: pedum. ꝛ lateris
in cruce acceptoꝝ: q̄ sunt foramia petre viuent9: in qb9 residet īmacu
Lāticoꝝ. 2. lata colūba: sctā eccl̄ia xpi spōsa: in eis nidificās fructuose. Sed ꝛ q̄/
libet deuota aīa in hoꝝ meditatōe vsata: tute ī eis reqescit: accēdit
illustrat. de q̄ Augu. in manuali. c. 22. Tuta ꝛ firma requies est in/
firmis ꝛ pctōrib9 in vulnerib9 saluatoris. Nā vulnera iesu xpi plena
sunt misc̄dia: plena pietate: plena dulcedine ꝛ caritate. Per forami/
na corpis: patēt mihi archana cordis: p magnū pietat9 sacr̄m: patent
mihi viscera misc̄die dei nr̄i in qb9 visitauit nos oriēs exalto: ꝛ seqt
ca. 23. In oīb9 aduersitatib9 nō inueni tā efficax remediū q̄ꝫ vulnera
xpi: In illis dormio secur9: reqesco intrepid9 xps mortu9 est ꝓ nob
nihil tā ad mortē qḋ morte xpi nō sanet. Hec Aug. Sicut aūt sacer
dos manuū extēsiōe passionē xpi crucifixi figurabat in vbo btē pas/
sionis: ita man9 ad se reducēs paꝝ erigit in vbis: sed ꝛ ab inferis re/
surrectōis: q̄ fcat q xps leo inuict9 ab infer9 resurrexit. Deinde di/
cens: ꝛ in celos gloriose ascensiōis: man9 alti9 erigit vsqꝫ ad hume/
ros. In signū q xps eleuatis manib9 ferebat in celū. His verb et

gestis offert sacerdos deo patri: hostiã purã: sanctã: imaculatã: in se
formaliter: scz eucaristiã: q̃ est xp̄s dñs nr̃: s̄m vtrãq3 naturã puríssi
mus: sanctissim⁹: ꝛ imaculat⁹: s̄m diuinã per ꝓpriã essentiã: s̄m hu-
manã p̄ grẽ plenitudinẽ aie concreatã: ꝛ corpis mundiciã a purissi-
ma virgine ꝯceptã. Etiã q̃ ad nos effectiue: q2 nos purificat: sanctifi-
cat: ꝛ ab omi macula mundat. Et q2 in sequenti noiat᷑ panis ꝛ calix:
s̄m istã metaphorã d̄r: q̃ res mutata pristinũ in nomen seruat. Sicᷓ
symon leprosus nominat᷑: etiã postq̃ fuerat mundatus a dño. Etiã
q̃ res s̄m exteriorẽ apparentiã nomẽ sortit᷑: sic corpus xp̄i sub specie
panis: panis noiat᷑: ꝛ sanguis sub specie vini latens: vinũ d̄r. Hinc
tñ ꝑpendant fideles sacerdotes: cũ quanta puritate ꝯscie: ac mentis Lec. 48
p̄pat͞oe: cordisq3 deuot͞oe: accedere debent hanc hostiã puram: san-
ctam. imaculatã: panem vite: ꝛ calicẽ salutis perpetue oblaturi: ne si
pct̄o obnoxij offerant: sit eoꝝ oblatio quasi eius qui victimat filium
in conspectu patris: ne si accedant seipsos non probantes. magis fi-
lium dei rursum crucifigant: q̃3 ipsum offerant in sacrificium bene-
placens deo patri: in reconciliationem peccatorum.

dona ꝛ data tibi oblata corp⁹ scilicet et sanguinem christi filij tui. placabili ad remissionẽ peccatorum facili

S Upra que propitio ac

benigno et hilari — facie id est cognitione oblationem nostram approbante — attendere approbando ꝛ acceptando — tu pater clementissime

sereno vultu respicere dig

grata acceptare ex parte nostrum offerentium.

neris et accepta habere si-

ex deuotione et fide offerentium.

cuti accepta habere dignatus

Expositio

mūdi et puri a mali/cia | qui recte obtulit ⁊ recte diuisit. nō se sibi fuando: sed se primum: ⁊ deinde munera sua deo offerē/do: quod cayn non fecit: ⁊ ideo a dño respectus non fuit

tu pr̄ clemē/tissime | de pmogenitis ⁊ adipibus gre/gis

es munera pueri tui iusti a/

quo vnigenitum suum offerre paratus fuit ysaac scꝫ | patris patrum

bel et sacrificium patriarche

qui filij eius sumus nō lr̄a ⁊ carne sed spiritu et imitatione fidei | sacrificium scꝫ panis et vini

nostri abrahe. et quod tibi

ꝓpter victoriam abrahe concessam: redeunti de cede quattuor regū zodomitas inuadentium: ⁊ cum eis Loth fratris sui filiū capientiū

obtulit sūmus sacerdos tuus

quantū ad gratie ⁊ ꝟtutē plenitudinē

melchisedech. sanctum sacri/

q̄ꝫtū ad oīs pctī originalis ⁊ actualis immunitatē.

ficium īmaculatam hostiam

Hec est scđa pticula q̄nte ptis pncipalis sacri canonis: in q̄ pᵒ oblatōem passiōis xpī rememoratiuā: petit̄ acceptatio oblatoꝝ: ⁊ hoc pmo in genere: scđo modus acceptatōis petit̄ in specie: ibi sicuti accepta hr̄e dignatus: ⁊ satis ptꝫ sensus lr̄e ex glosa interliniali. Petit̄ em̄ vt hec sacrosancta oblatio sit accepta deo: eā q̄ꝫ respiciat noticia approbatōis: tā q̄ꝫ placamē tum nr̄e deuiationis. Accepta nō rōne oblationis in se: q̄ cum sit patris vnigenitus: non pōt non esse accepta: vt supra dictum est: sed ex parte offerentiū: et quoꝝ sorde pōt refutari quantum ad vim reconciliatiuam offerentiū ꝓpter indignitatem eoꝝ. Tunc cum addit̄ (sicuti acceptare ⁊c̄) addit̄ specificatio nostre oblationis p oblationes patrum eā figurantiū. Adducuntur aūt tres figure: quaꝝ semp vna plus manifestat de veritate nostri sacrificij q̄ꝫ alia Nam prima manifestat oblati passionem: nam abel ꝑ sacrificio suo mortē ptulit Secunda oblati dignitatē. Nam abraam vnigenitum suū offerre

paratus erat: significans in nostra oblatione patri celesti vnigenitū suum offerri: nihil aūt vnigenito dignius. Tertia sacrificij nr̄i ritū ꝛ veritatem: Quia melchisedech qui sacerdos fuit altissimi: offerēs panem ꝛ vinū nr̄i sacrificij ritum figurabat: ꝛ sua ꝑsona personā xp̄i qui est sacerdos ꝛ sacrificiū representabat. Unde Aposto. ad Heb. 7 Christus ihs ſm ordinē melchisedech pontifex factus ineternum. Hic em̄ melchisedech rex salem sacerdos dei summi. Primū quidem qui interpretatur rex iusticie. Deinde aūt ꝛ rex salem id est rex pacis: sine patre: sine matre: sine genealogia: neq̧ initium dierum: neq̧ finem vite habens: assimilatus aūt filio dei manet sacerdos in eternum: ꝛ cetera que ibi sequuntur.

☞ Aduerbiū aūt similitudinis (sicuti) non notat equalitatem ſm gradum similitudinis: quantum ad ipsa sacrificia: multo quippe acceptius est hoc nostrum sacrificium q̄m quod obtulit Abel: Abraam: aut Melchisedech. Nulla em̄ oblatio hac potior est: sed hec oēs precellit: Unde Hugo lib. 2. de sacra. parte. 8. c. 1. Sacramētum corpis ꝛ sanguinis xp̄i: vnum est ex his in quibus ꝑncipaliter salus consistit: ꝛ inter omnia singulare: q2 ex ipso omnis sanctificatio est. Hec em̄ hostia semel pro salute mundi oblata: omībus precedentib9 ꝛ sequentib9 sacramentis virtutem dedit: vt ex illa sanctificaret oēs per illam liberandos. Hec ergo hostia excedit hostias patrum: sicut res vmbram: ꝛ veritas figuram. Istud etiā nostrum sacrificium acceptum est ex se ꝛ ꝓpter se ex ope operato. Illa aūt tātum ex fide ꝛ deuotione patrum: vnde ꝛ hic petit᷑ vt sacrificiū ſm se semper placitum: etiā acceptabile fiat ex fide offerentiū: sic̄ illa placuerunt ex fide patrum. ☞ Sunt aūt multe figure huius vnici sacrificij: omnes sc3 oblationes ꝛ sacrificia legis nature ꝛ mosaice dn̄o oblate: in animalibus. frugibus. ꝛ liquidis libaminibus. De quibus latius tractatur Lectione. 55. Eliguntur autem horum patrum sacrificia: qui ꝛ ipsi fuerunt figure christi. Abel propter martyrium. Abraam propter perfectam obedientiā. Melchisedech ꝓp᷑ pacis principatum. Nam christus sanguinis sui effusione fact9 est martyrum corona: speculum obedientie: princeps pacis: ꝛ pater futuri seculi. Etiā q2 illa sacrificia processerunt ex pura ꝛ integra fide ꝛ deuotione ad deum: non ex timore sicut alia legalia sacrificia: que ꝑcepta fuerūt israelitis: ꝛ magis tolerata q̄3 accepta: ne populus ad ydolatriam pronus: ydolis talia immolarent. Unde causam assignans dominus cur sibi illa preceperit offerri: ait Leui. 17. Nequaq̄3 immolabunt vltra hostias suas demonibus cum quibus fornicati sunt.

Sequitur textus.

Expositio

humiles q̄si sub. id est deorsum plicati, hoc est recuruati. — deum patrem

Supplices te rogamus

in cuius ditione cuncta sunt posita ⁊ non est qui tue possit resistere voluntati — quia sine tua cooperatione nihil potest creatura.

omnipotens deus iube hec

vota fidelium vel corp⁹ ⁊ sanguinē vel ecclesiā militantem — inter te ⁊ nos discurrētis: non ex tua indigentia qui omnia solus potes: ⁊ vbiq; es: sed ex ordine tue sapientie qua infima per media reducis ad suprema

perferri per manus sancti

angelorum tuoꝝ — in celum patris ↄspectum: vel ecclesiam triumphantem: vbi sine intermissione sacrificatur sacrificium laudis.

angeli tui in sublīe altare tuū

p̄sentis: acceptā te nō refutante: seu in ↄspectu gratioso. — altissime ⁊ eterne diuinitatis.

in ↄspectu diuine maiestatis

ex clero et populo.

tue. vt quotquot ex hac

sacrificij altaris tibi dedicati communione. — sup sctm̄ ⁊ purum ħ est eminēt̄ sctm̄

altaris participatione. sacro

tibi ↄsubalis ex te geniti eternalr̄ — de virgine sumptū in cruce rigidissime tensum

sanctum filii tui cor ✠ pus et

ꝓ nostra salute fusum — sacramentaliter ⁊ spiritualiter aut spiritualiter tantum.

san ✠ guinem sumpserimus

canonis misse

id est spiritualium ac celestium carismatum plenitudine

oi bene ✠ dictione celesti. et

mente et corpore intellectu ⁊ voluntate.

grā repleamur. Per eundem

fiat.

christū dominū nostꝝ. Amē.

Articula tercia partis quinte principalis canonis. In qua
p' post petitam oblatorum acceptōem: petit sacerdos diuine
gratie ⁊ benedictionis participatōem. Et satis patet senten
tia. Sacerdos aūt hanc orōem dicens: humiliter se inclinat: oscu
latur altare. fm Alexandrum manus cancellat ante pectus aut su
per altare: ⁊ tres cruces format. Humiliter se inclinat: vt per signū
sensibile foris exhibitum: significet interiorem humilitatē: qua sup
plicans debet animo vestiri: vt sua oratio exaudiatur ab eo: qui hu
milium non spernit affectum. Manus cancellat per modum cru
cis. ad designandum ꝙ nō in merito suo: sed xpi in cruce nobis oīa
bona promerentis: exaudiri petit. Osculatur altare in verbo parti
cipatione: vt se fieri participem ostendat altaris sacrificio: cum om
nibus alijs: vel vt significet reconciliatōem humani generis cū deo
patre in altari crucis factam per filij mortem. Deinde facit sacer
dos quintam signatōnem: faciendo tres cruces. Primam in verbo
(corpus) super species panis. Scdam in verbo (⁊ sanguinē) sup
species vini in calice. Terciam in verbo (omni benedictione) ante
faciem suā. Per primam cōmemoratur rigidissima tenerrimi cor
poris tensio in cruce: vsqꝫ ad omniū neruoꝝ ⁊ ossium dinumeratio
nem. De qua tensione ecclesia quasi compacientis affectu crucē al
loquens velut rem cognoscentem canit. Flecte ramos arbor alta: tē
sa laxa viscera: ⁊ rigor lentescat ille quem dedit natiuitas: vt super
ni membra regis miti tendas stipite. Et ppheta. Foderunt manus
meas ⁊ pedes meos: dinumerauerūt oīa ossa mea. Per scdam cru
cē effusio largissima sanguis figurat᷑: q̄ omi defluxo hūore: corp⁹ sal
uatoris sacratissimū torruit: sicut cremiū in frixatorio: ⁊ aruit tā q̄ꝫ
testa ꝟtus eius. De q̄ effusiōe in preallegato himno canitur: Clauis
mite corpus pforat᷑: sanguis vnda pfluit: terra pōtus: astra mūdus
q̄ lauant᷑ flumine. De q̄ nō tacuit idem ppha cū inq̄t. Sicut aq̄ effu
sus sum ⁊ dispersa sunt oīa ossa mea. Factū est cor meū tanq̄ꝫ cera li
quescēs in medio vētris mei. Aruit tanqꝫ testa virtus mea ⁊ lingua
mea adhesit faucib⁹ meis ⁊c. Per tertiā innuit᷑ passiōis fruct⁹ q̄ ē oīs

benedictionis ꝛ gratie deriuatio a xp̄o in redemptos per ip̄m. Nā de plenitudine eius oēs accepimus. Ideo fit hec signatio ante faciē sacerdotis: vt significet hic fructus ꝛ benedictio in sacerdote et in his pro quib; offert ꝑmanere. Alie varie expositōes ponūt a docto/ribus: sed ista plana est ꝛ concordat predictis. Etiam circa hoc ꝙ petitur vt vota per angelum perferantur ꝛc̄. Nota ꝙ vt tangitur supra in glo. licet vbiq; sit deus: neq; alicui⁹ egeat auxilio aut coopa/tione: Quippe ƨm aplm. Omnia opatur in omnib;: posset q; omnia solus opari sine cōcursu creature. Ex sua tn̄ bonitate ꝛ sapia: hono/rans creaturam suam: coassumit eam ordinate in suis operibus: et vt ait Dyonisius inferiora reducit ad superiora per media: qđ etiam in actibus angeloꝝ gerarchicis: coꝝ sc; illuminatione: purgatione: ꝛ perfectione obseruat: vt idem Dyonisius ostendit in de angelica gerarchia. Hinc scp̄tura testat: ꝙ angeli nr̄as oꝛones ꝛ vota suscipi unt: vt hꝫ in Thobia. et in Apocal. ꝛ alibi. Hinc ƨm Paulū omnes sunt administratorij spus ꝛc̄. Quaꝑpter dubiū non est huic officio ob reuerentiā regis sui angeloꝝ multitudinē cum tremore assistere Propter quod in prefatione dicit per quem maiestatē tuā laudant angeli ꝛc̄. tremunt potestates: quod maxime fit in hoc sacratissimo misterio. vn̄ Grego. lib. 4. dyalo. c. 50. Quis inquit fideliū: dubium habere possit: in ip̄a imolatōis hora ad sacerdotis vocē celos apiri. In illo xp̄i misterio angelorum choros adesse: summis ima sociari: terrena celestib⁹ ꝯiungi: vnū q; ex visibilib⁹ ꝛ inuisibilib; fieri Ex q̄ consideret sacerdos quanto timore ꝛ tremore: q̄nta cōscientie puri/tate ip̄e assistere debeat: vbi assunt purissimi spirit⁹ summa cum re/uerentia et tremore Sequitur textus.

in bono ad liberationem qui nunquā obliuisceris — m — pater clementissime

Lec. 56

Memento etiam domine

fidelium qui in obedie͂tia mandatorum tuoꝝ tibi famulati sunt. — ꝑpter seruum discretionem

famuloꝝ famularūq; tuarū

h̄ habeat memoria specialis defunctoꝝ vt̄s hita est viuoꝝ — defuncti — viuentes — Memoria mortuorum

N. et. N. qui nos pre/

moriendo caractere baptismali et operibus bonis fidem protestantibus et significantibus

cesserunt cum signo fidei. et

per mortem tpa/lem que est mors prima — quia resuscitandi — amicicie cum deo per gratiam in q decesserunt — specialiter cõmemoratis.

dormiũt in somno pacis. Ip

in fide formata defunctis

sis domie et oibus in christo

in spe prime resurrectionis — a penis purgatorijs

quiescẽtibus. locũ refrigerii

beatifice visiõis q est lux maxima — in quo nulla est penalis afflictio — ꝯcedas

lucis et pacis vt indulgeas de

oẽs q h sacrificiũ offerim' Ministerio. vt sacerdos celebrãs voto vt ppl's circũstans — ꝓ salute oim se offerentem et pro liberãdis animab' patrum ad inferna descendentem.

precamur. per eundẽ christũ

fiat

dominum nostrum. Amẽ

HEc est pars sexta principalis canonis. In qua post ꝯsecratorum rememoratõem: et salutis petitõem hijs qui hoc sacrificio ꝑfruũtur: sub infert refrigerij et suffragij postulatio: et iterata sanctoꝝ inuocatio quatinus petita ꝯcedant. Et subdiuiditur in ptes duas. In prima petit refrigeriũ ꝓ defunctis. In scda implorat suffragiũ ꝓ viuis ibi (Nob qz) In pma pte orat ꝓ defunctis pmo ꝓ qbusdã spealr: deinde ꝓ oib fidelib gñalr: ptes patebũt. ☞ Circa primũ pia mr ecclia certissime credẽs q sanguis dñi q ꝓ multis effusus est in remissiõez pctoꝝ: nõ solum ad viuentiũ sed etiã ad mortuoꝝ in xpo qescẽtiũ salutẽ ꝓficiat: atqz ad absolutõem penaꝝ ꝓ pctis debitaꝝ: statuit: vt in qlibet misse officio suo loco defunctoꝝ mẽoria habeat: ac ꝓ decedẽtib in gra in locis purgatorijs detẽtis: pces offerant: eisqz fruct' hui' sacrificij ap/

plicentur: vñ ait sacerdos. Memento dñe rc. ☞ Circa hanc
materiã valent ea que dicta sunt supra circa memoriã viuorum: q2 si-
milia hic intelligenda sunt de mortuis: q̃ ibi dicta sunt de viuis: et
quo ad fructus misse applicatõem: r q̃ad memorandorum modũ r or-
dinem. Sed h plura spēalr tractari solent: scz quibꝫ defunctis suf-
fragia ꝓsint. Que suffragia ad q̃d. Quorum. An indulgentie ꝓsint. Et
an suffragia ꝓ defunctis facta etiã facientibꝫ sint vtilia Supponitur
em̃ ex ritu generali ecclesie: scriptura r dogmatibꝫ sanctorum. ꝙ suffra-
gia viuorum defunctis ꝓsint. De quibꝫ omībꝫ late tractat. Lec. 56. vs-
qꝫ ad. 59. Sed ne oīno pretermisisse videamur: ꝯclusiue semotis ꝓba-
tionibꝫ que in allegatis lectionibꝫ requirant: aliquid breuiter dicat.
Primo ad id: quibꝫ defunctis ꝓsint suffragia dī breuiter ꝙ suffra-
gia: auxilia: indigentibꝫ cõferentia: nõ ꝓsunt beatis neqꝫ damnatis
ad salutẽ: sed animabꝫ in gr̃a decedentibꝫ: r in penis purgatoriis de-
tentis. Nam p̃mi auxilio nõ indigent. Sc̃di liberari nõ valẽt. Ter-
tii in via sunt ad beatitudinẽ possidendã: sed nondũ ꝯpleta satisfacti-
one retardati: ꝓ quibꝫ potest per alios in toto vel in parte satisfieri.
☞ De sc̃do dī: Omnia opa bona per charitatẽ vel intentõnis di-
Lec. 57. rectõem defunctis capacibus cõicata: ꝓficiunt. Siue sint sacrificiũ:
siue elemosyna: siue oratio: siue ieiunium. Inter hec vero precipuũ
est eucaristie sacrificium: r ea que effectum habent ex ope operato
preferunt illis que tantũ ꝓficiunt ex deuotione operantis ceteris pa-
ribꝫ. Alioqn habent se vt excedentia r excessa Quo ad tertiũ: Ad
quid valeant suffragia defunctis est hec ꝓpositio. Suffragia viuorum
nõ valent defunctis ad status mutatõem: neqꝫ ad nouorum meritorũ
Lec. 58. adquisitõem. Valent aũt ad pene remissionẽ: ad beatitudinis accele-
ratõem: r ad accidentalis premii cumulatõem. De quarto quorũ
suffragia ꝓficiunt: ꝓ q̃ sit hec ꝓpositio. Suffragia habentia valorem
ex ope opato valent a quocũqꝫ fiant. Valentia tm̃ ex ope operante.
Si ꝓcedunt ab existenti in gr̃a vt a ꝓncipali mouente vel agẽte: va-
lent defunctis: etiã si executio fiat ab existenti extra gr̃am. Si vero
Lec. 57 ab existente ĩ mortali: dubiũ est an remittant penã tp̃alẽ. De quin-
to vtrũ indulgentie ꝓsint defunctis: determinatum est per papam
Sixtũ ꝙ valent defunctꝭ ꝑ modũ suffragii: ita ꝙ si opus piũ ꝓ quo
dant indulgentie fit intentione adquirendi remissionem defunctis:
ꝓdest eis: presertim si h in ꝯcessiõe indulgentiarum spēalr r determina-
te exꝓmat. De sexto. vtrum suffragiũ defuncto impẽsum valeat im-
pendenti viuo est hec ꝓpositio. Suffragiũ ꝓ defuncto fctm̃: nõ minꝰ
valet faciẽti q̃ntũ ad meritũ beatitudinis: q̃ꝫ si ꝓ se ip̃o tantũ faceret.
secꝰ q̃ntũ ad ꝯditõem satisfactõis. Nã opus satisfactoriũ nõ minus
est meritũ premii essentialis: q̃ꝫ si nõ eẽt satisfactoriũ: siue fiat ꝓ se siue

ne aliis paucis vel multis. Sed quantū ad satis factōem ⁊ pene redemptōem: minuitur si multis applicatur: ⁊ penitus tollitur si totus valor satis factorius alteri applicatur.

viuentibus nemo sine pctō Nec infans vnius diei. Lec. 59

n Nobis quoque pctōribus

per subiectionem humilem ⁊ obedientiam

pluraliter dicitur propt̄ multitudinē effectu

famulis tuis. de multitudi-

um misericordie dei: cum tamen in deo sit tantum vna misericordia simplicissima: scz eius essentia.

ne miserationum tuarum

non in virtute nec in operibus nostris

eterne beatitudinis q̄ ineq̄liter possidetur ideo pars petitur: in domo etenim patris mansiones multe sunt

sperantibus partem aliquā

vt de mutua felicitate iocūdemur per vnionē perfecte charitatis

tua gratia ⁊ benignitate ineffabili.

et societatē donare digneris

quos credimus beatifica visione iam perfrui: ⁊ iocundissima societate sibi ineffabiliter ꝯgaudere

cum tuis sanctis apostolis

vel baptista vel euāgelista: p̄ri⁹ ꝯmēorato

et martyribus. Cum Jo-

ꝓpt̄ apl̄atū: ħ ꝓpt̄ ꝟgitatē de q̄ a xpo ꝯmēdat̄ iungit̄ stephano qui ⁊ ipse fuit virgo.

sorte in apl̄m electo

hanne Stephano Mathia

cū paulo in op⁹ euangelii segregato

iohis euangeliste discipulo

papa sexto a beato petro apostolo

Barnaba Ignacio Alexan-

Presbytero exorcista matre

dró Marcellino Petro/ Fe

septē filio⁊ martyr⁊ matre insigni virgine ⁊ matre ꝯstantissima

licitate Perpetua Agatha

syracusana corpe iuuencula sed mente cana vt ait Amb. nobilissima romana. carceris angustia et ig

Lucia Agnete Cecilia Ana

ne cōsūmata. iam in beatissimis sedibus collocatis tua visione ⁊ fruitione beatis.

stasia. et oibus sanctis tuis

per beatitudinis participationem.

Intra quo⁊ nos ꝯsortium

Lec. 54. q2 vltra ꝯdignū premias qntū ad suū naturalē valorē qui nulli⁹ momē ti est respectu eterno⁊. in peccato⁊ remissione gratiosa.

non estiator meriti. sed venie

liberalissimus

quesumus largitor admitte.

qui nobis beatitudinem meruit ⁊ claue crucis sue meritum regni patefecit efficaciter.

per christū dominū nostrum

☞ Post petitū refrigeriū defunctis: petit suffragium pro viuis Et consortiū cū sanctis triumphantis ecclesie mēbris. Reducūtur q3 in hoc sacrificio acta in personam patris: oia hec per filiū operantis: ⁊ fm hoc: pars illa subpartiri potest in tres particulas: secunda ibi (Cum sanctis apostolis) tn̄ pars prima currit cū scd'a: tercia ibi (per quem hec oia) Et patet snia textus ex glo. interli. Sed circa hoc qd' dr (non estimator meriti) posset dubitari quō hoc verū sit: cum vbiq3 scriptura clamet: deum fore iustū iudicē: ⁊ retributorem vniuscuiusq3 fm opera sua. Sed dicendum q deus nō est estimator merito⁊ fm valorem quem habent precise ex natura actus fm se et suum naturalem valorem: q2 si sic nō premiaret actus nostros tpales premio eterno. Siquidē improportionabiliter excedit

premium eternũ valorẽ actus tpalis. Est tñ iustus retributor meritoꝝ ſm suã acceptatõem ad premiũ liberaliter ꝓ tali actu ꝓmissum. Et per hoc etiã soluit͛ illa ꝯrietas: qua aliqñ dr: ꝙ nullũ meritum nostrum est condignũ vite eterne. ſm illud xpi. Cum feceritis oĩa q̃ precepta sunt: dicite: ſui inutiles sumus Lu. 17. Qñqꝫ dicit͛ oppositũ vt est illud Apo. 3. Ambulabũt mecum in albis qm̃ digni sunt: ⁊ illud Colosseñ. 1. Grãs agentes deo ⁊ prĩ: q̃ dignos vos fecit in partẽ sortis sctõꝝ in lumine. et. 2. ad Thessa. 1. vt digni habeamini in regno dei: ꝓ q̃ ⁊ patimini ⁊c. multa similia habent͛ in scptura. Opa em̃ nr̃a ſm naturalẽ aut moralem bonitatẽ suam: nõ sunt digna eterna vita. Sed inqñtum ꝓcedunt a gr̃a et vt relata ad diuinam ꝓmissionẽ: q̃ bene opantibꝫ ꝓmisit vitam eternã: ⁊ se eis sua volũtate libera debitorem ꝯstituit et͛ni premij: sic sunt merita ꝯdigna premij eter͛ni: ⁊ de hoc late: ac de ꝯditione ac distinctiõe meritoꝝ nr̃oꝝ tractat͛. Lec. 59. Etiã in fine huius clausule ſm ordinẽ romanũ nõ dr̃ amen. Uel ꝓpter ꝯnexionẽ seqñtis clausule. (Per quẽ hec oĩa) in cuius ꝑncipio ponit͛ relatiuum (quẽ) referens xp̃m dñm nostrũ in fine precedentis clausule: vel alias causas parum ꝯcludentes.

xp̃m filiũ tuũ naturalem | contenta | pater clementissime | ſm nature conditionẽ

Per quẽ hec oĩa domie sem/ Lec. 60

in esse naturali ꝯstituendo | ad cultum diuine maiestatis deputando.

per bona creas Sãcti ✠ ficas

increate vite vniendo | spiritualibus: gratia ⁊ donis perficiendo.

viuifi ✠ cas Benedi ✠ cis

in nostram salutem ordinando.

et prestas nobis.

☞ Tercia ꝑticula in q̃ acta in h̃ mysterio reducunt͛ in patrẽ ꝑ operantem filiũ: ⁊ scdo ꝯcludẽdo canonẽ: honorẽ ⁊ gloriã trinitatis reducit in xp̃m. ibi (ꝑ ip̃m). Circa primũ aduertendum ꝙ (hec) põt demõstrare vel panẽ. vinũ. et aquã. q̃ ibi fuerũt demonstratione impsonali: ⁊ nũc nõ sunt: sed spẽs eiꝰ manet: q̃ sunt sacr̃m ⁊ non res sacri. Uel põt demõstrare rem sacri ⁊ sacr̃m: puta corpꝰ et sanguinẽ xp̃i ꝑn̄tes: q̃ sunt res ⁊ sacr̃m: qꝛ alteriꝰ rei signũ. Uel põt demõstra/

re rem tm̄ ibi significatā ⁊ non contentam: scȝ mēbra corpis xp̄i my/
stici: q̄ etiā mistice offerunt in hoc sacro: ⁊ fm̄ hoc pōt hec clausula
triplr̄ exponi. Primo mō (ꝑ quē xp̄m oīa. i. panis vini ⁊ aque con
secratōis materiā valde ⁊ sp bonam creas ꝑ nature constitutionem
(sanctificas) per verbū ⁊ orōem (viuificas) ꝑ vitalem ꝯuersionē:
bn̄dicis ꝑ gr̄e exuberatōem: ⁊ prestas nobis ꝑ liberalissimam largi/
tionem. Scd̄o modo sic (ꝑ quem) xp̄m (hec om̄ia) corpus et
sanguinē (semper bona) q̄ntum ad oēm spēm boni. Sunt quippe
bona vtilia: ad reformatōem vite labentis spūalis: honesta ad reme
morandū opa salutis: delectabilia ad ꝓmouendū effectū intime de
uotionis. Hec inq̄ȝ creas: ip̄a in sacrm̄ adducendo (Sanctificas)
sacris velaminib⁹ obtegendo (viuificas) increate vite vniēdo (be.
nedicis) spūalibus donis ⁊ beneficijs implendo (⁊ prestas nobis)
misericorditer largiendo. Tercio mō sic. (ꝑ quem xp̄m) tu pater
cuius est auctoritas maiestatis oīa sp bona. i. oēs fideles in h̄ sacro
ꝯfratos: creas in natura bona ꝯstituendo: sanctificas a pctō purgādo
viuificas gr̄a ⁊ virtutib⁹ ad vitā prepando: bn̄dicis viuificatos glīa
coronando. Et prestas nobis: bona gr̄e ⁊ glorie: sine quibus nemo
attingit ꝯsortiū btōꝝ. Si queris cum pr̄ nihil habet a filio: sȝ fili/
us oīa a pr̄e: pr̄ aūt a seip̄o: cur dr̄ creare. sanctificare. viuificare. be/
nedicere per filiū: sicut alibi dr̄ de filio: oīa per ip̄m facta sūt. Respō
det breuiter: pr̄ rōnabiliter opatur per cognitōeȝ opatoꝝ ⁊ opatōis.
⁊ ita per sapīam ⁊ artē: ⁊ q̄r fili⁹ est ars ⁊ sapīa genita pr̄is: nō q̄ pat
ꝯnoscat aut sapiat formalr̄ sapīa genita q̄ est fili⁹. sed q̄r in filio ge/
nito a pr̄e per modū intellect⁹: ⁊ vt verbū pr̄is tanq̄ȝ in v̄bo genito
relucent velut in speculo limpidissimo oīa a pr̄e ꝯgnita: ⁊ ꝑ ꝯsequēs
oīa opabilia. Jō dr̄ creare ⁊c̄. ꝑ filiū: in q̄ relucēt ydee ⁊ rōnes oim̄ q̄
creant. Et q̄r pr̄ nedū scienter sed ⁊ volūtarie oīa extra se producit
vere dici pōt oīa ꝓducere per spm̄sctm̄: q̄ a pr̄e ꝓcedit ꝑ modum vo/
luntatis: q̄r per modū amoris. ☞ In illis tm̄ locutōib⁹ (per) nō
dicit circūstātiā cause instr̄alis. sed idēptitatē pn̄cipij ꝯsubalis: vn̄ cū
dr̄: pr̄ agere per filiū vel spm̄sctm̄: tantū valet: ac si diceret: pr̄ agit
per filiū: ⁊ spm̄sctm̄. tanq̄ȝ per vnū sibi ꝯsubale pn̄cipiū. Nā pat agit
formalr̄ sua eēntia: q̄ vna ⁊ eadē est in trib⁹: ergo oēs tres agūt vno
pn̄cipio: ⁊ sunt vnū pn̄cipiū: vnū agens: vnus creator: vn⁹ scīficator
vn⁹ btificator. Ex alia tm̄ causa etiā dr̄ opari nr̄e salut⁹ opa per fili/
um: vtputa glorificare: sanctificare: gratificare: bn̄dicere ⁊c̄. Quia fi
li⁹ q̄ sol⁹ est incarnat⁹: meruit nob̄ salutē ⁊ ideo qn̄ (per) dr̄ circūstā
tiā cause meritorie: tūc pr̄ opat opera nr̄e salut⁹ tantū per filiū: non
per se ip̄m: nec per spm̄sctm̄: qm̄ pater nō meruit: nec spūsctūs sȝ so/
lus filius. ☞ De ritu fuato in premissis q̄ntum ad tunsionem

pectoris: exaltationem voc' z: signationē crucis: dicetur post expositionem sequentis particule.

per quem omnia creas z nobis innotescis

per quem creata gubernas z ei substantiā et omnia tua cōicas natiuitate eterna.

PEr ip ✠ sum. et cū ip ✠ so

in quo omnia consūmas z velut in imagine et speculo videris z coruscas.

vero

et in ip ✠ so est tibi deo ✠

p naturā a q̄ oīs patnitas in celo z i terra noīatur

qz vigoris infiniti cui cū voluerit subest posse

in cōmunione essentiali.

patri omnipotenti. in vnitate

qui amor est z nexus amborum patris et filij

cuiuslibet virtutis: ex te tanq̄z originali fonte profluentis

spūs ✠ scti. omnis honor et

clara cū laude noticia

tempora

gloria. Per omnia secula se-

temporꝫ qđ est eternaliter sine fine.

rñdet ppl's ꝯsentiendo. i. certe z vere aduerbialiter.

☞ Ultima canonis particula. In qua honorem patris per filiū reducit ad filiū tanq̄z cōmunē

culorum. Amen.

gloriam pr̄i z filio z spūiscto debitā: vñ ꝯcludit q̄ oīs honor diuine virtutis: z gloria laudis: est pr̄i per filiū eum clarificantē: z mundo vbis opere z miraculis suaqz passione. resurrectōe z ascensione manifestantem: Unde ait: Pater manifestaui nomen tuum hoīb; quos dedisti mihi. Et iterum. Pater clarifica filium tuū: vt filius tuus clarificet te. Joh. 17. (Et cum ipso) tanq̄z tibi consubstantiali z coeterno: cui⁹ sunt tua oīa: vt sup̄ scz essentia: bonitas: sapīa: virt⁹ z potētia: z per ꝯñs honor: reuerētia: laus z glia (Et in ip̄o) in q̄ tāq̄z in

ymagine relucet omnis paterna ꝑfectio. Ipe em̄ est splendor pater/
ne glo.ie: ⁊ figura substantie eius. ad Heb. j. Candor lucis eterne ⁊
speculū sine macula dei maiestatis ⁊ imago bonitatis illius. Sap.
7. In ipso deniq̄ ꝯstant oīa. Colosseñ. j. Et in ipō ꝯplacuit oēm ple/
nitudinē inhabitare ibidē. Igit̄ in ipso est tibi pr̄: honor ⁊ glīa: tāq̄
in eo in q̄ ꝯsubaliter existis. Tu in ipō: ⁊ ipse in te: tam singulari q̄
incōprehensibili inexistentie modo ☞ Nūc exponēda sunt mi
steria ritus ⁊ gestus circa predicta. Cū sacerdos post defunctoꝝ me
moriā ad viuos redit dicens: (Nobis aūt pctōrib⁹) pectus tundit
q̄si signo visibili se ꝑfitens peccatorē: fcans simul in pectore inexistē
tem ꝯtritōem: ⁊ q̄ tunsio est quedā afflictio: per eam designat satis
factōem. Fit aūt hec tunsio trib⁹ vltimis digitis. q̄m pollex ⁊ index
quib⁹ sacr̄m tractauit non debent separi: donec post sumptōem ab/
luti fuerint: ne forte si aliquid sacr̄i digitis illis adhereat: ꝑ ꝯtactum
alterius rei decideret: aut irreuerentia sacr̄o exhiberet̄. Fit igit̄ trib⁹
aliȷ̄s digitis ad denotandū se tripl'r peccasse: corde. ore. ⁊ ope. Ex/
altat etiā vocē ad significandū vocē latronis: aut cēturionis. dn̄m
in morte ꝑfitentis. Uel exaltat vocē: dans signū pplo vt ⁊ ipe ppl's
ꝯfiteat̄ se pctōrem ⁊ ꝯtritū: pectora sua ad sacerdotis exemplū simil'r
tundendo. Deinde sacerdos in verbis (sanctificas. viuificas. bene/
dicis) facit tres cruces: ⁊ est sexta signatio: q̄ fit sup̱ vtrūq̄: oblatam
scȝ ⁊ calicē ꝯiunctim: significans triplicē orōem quā dn̄s in cruce fe
cit. Primā ꝓ suis crucifixorib⁹ dicens: Pr̄ ignosce illis q̄ nesciunt
q̄d faciūt. Scdām ꝓ sua liberatōe a morte: cū clamans voce magna
ait: Heli heli ⁊c. Tertiā ꝓ adeptōe glorie di. Pr̄ in manus tuas cō
mendo spm̄ meū. Septima signatio fit cū sacr̄o ducto sup̱ calicē
faciendo tres cruces in verbis (ꝑ ipȝ ⁊ cū ipō ⁊ in ipō) quib⁹ repre/
sentant̄ tres hore crucipendētie xpi in cruce. Siquidē sexta hora af/
fixus est cruci: ⁊ hora nona exclamās tradidit spm̄. Uel vt aliȷ̄ di/
cunt. tres ille cruces fcant: q̄ xp̄s sustinuit. passionē. ꝯpassionē. com
passionē. passionē in dolore corp̱is. ꝯpassionē in tristicia mētis: com
passionē in ꝯtritione cordis ꝓ crucifixoꝝ ⁊ totius generis humani
